

172

nauerunt me auerentem me. Et adhuc exaltantur & iam in seculo isto  
 quaedam membra eius. ut in eis sit maior humilitas. & super ipsum corpus ide-  
 unitatem scōrum atque fidelium cui caput est xpi. transeunt irae dei. Non autem manent  
 quia non defideli sed de infideli ductum est. irae dei manet super illum. Et terro-  
 res dei conturbant infirmitatem fidelium. quia omne quod accidere potest.  
 & non si non accidat prudenter timeatur. & aliquando terrores ipsi ita contur-  
 bant animum cogitantis. ut sicut aqua undique circumfluere uideatur. & simul  
 circumdare inuentem. Et quia ecclesia in hoc mundo peregrinans ista non de-  
 sunt. dum modo in his modo in illis membris eius. usque quaque contingunt. Ideo  
 dixit tota die. continuati onem significans temporis. donec finiatur hoc seculum. &  
 Et saepe amici & noti periclitantes secundum saeculum scōrum formidine deserunt.  
 De quibus dicit apostolus. omnes me dereliquerunt. non illis imputetur. Sed ut quid  
 haec omnia. nisi uisio huius scōrum corporis mane. id est post noctem infidelitatis.  
 in luce fidei praeueniat. donec ueniat salus illa. in cuius nondum re. sed iam spe. sal-  
 uati sumus. Tamque cum patientia fideliter expectamus. ubi nec repellat dominus ora-  
 tionem nostram. quoniam tunc nihil erit petendum. sed quicquid rectum petendum est ob-  
 tenendum. Nec faciem suam auertat a nobis. quoniam uidebimus eum sicuti est. Nec inopeseri-  
 mus. quia copiam ipsa deserit omnia in omnibus. nec laborabimus. quia nulla remane-  
 bit infirmitas. Nec exaltati humiliabimus & turbabimur. quia nulla ibi erit ad-  
 uersitas. Nec iram dei uel transire uel sustinemus. quia eius benignitate manen-  
 tes manebimus. Nec terrores eius. conturbabunt. quia promissa reddita nobis  
 obuiabunt. Nec terreus longinquus & nobis notus & amicus. ubi nullus <sup>erit</sup> qui timea-  
 tur inimicus. EXPLICIT EXPOSITIO PSALMI LXXXVII.

INCIPIT DE PSALMO LXXXVIII

PSALMVS ISTVM DE QVO LOQUI PROPO-  
**P**suumus caritati urae donante domino accipite. despe quam habemus in xpo  
 ihu domino nostro. Et terzite animos. quia ille qui promisit. ita cetera compleuit  
 est. ut multa compleuit. Dat enim nobis ad eum fiduciam. non meritum nostrum.  
 sed illius misericordia. Et ipse est quantum arbitror intellectus aethan ista.